

W(idoni) Curiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Ex quo cum imperatore pactum, sicut nosti, fecimus, nec nos id removimus, nec ab ipso aut ab aliis removeri volumus. Quam ergo pacem debemus pretendere, ubi inimicitia non precessit? Fraternitatem tuam miseratio divina custodiat.

12.

Papst Paschal II. bittet den Bischof Wido von Chur, dem Kloster Alpirsbach gegen seine Unterdrücker beizustehen. (1114) Januar 10. Lateran¹⁾.

Pascalis episcopus²⁾ servus servorum dei venerabili³⁾ fratri W(idoni) Curiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Non solum postulantium, verum etiam non postulantium fratrum oppressionibus subvenire semper mater consuevit ecclesia. Abbas siquidem Alperpachensis monasterii multas ut accepimus a quibusdam molestias patitur, et nostro postulat auxilio sustentari. Nos ergo fraternitatem tuam rogamus, ut ei fraterne dilectionis intuitu solacium administres et locum illum pro data tibi a domino facultate, ab infestantium iniuriis eturbationibus tuearis, quatenus et fratres ibi quiete possint omnipotenti domino deservire et tu ab ipso domino eorundem fratrum orationibus eterne vite premia recipere merearis. Et enim monasterium illud sub b. Petri tutela consistit; idcirco per te, qui vicinior ei esse diceris, et in⁴⁾ cuius persona nos amplius confidimus persecutores eius et malefactores volumus per dei gratiam cohiberi. Data Laterani IIII idus Ianuarii.

13.

Papst Paschal II. trägt dem Bischof Wido von Chur auf, eine Versammlung der Aebte der Constanzer Diöcese zu berufen und einen Abt, den Ueberbringer dieses Briefes, in sein Kloster wieder einzusetzen. (1114) März 5. Lateran.

Pascalis episcopus servus servorum dei venerabili fratri W(idoni) Curiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Latoris praesentium abbatis, quem ad nos cum tuis litteris transmisisti, causam experientia tua plenius novit, ut puta eius, qui a te consecratus sit et propius constitutus. Eius ergo causam tibi committimus, ut convocatis ecclesie Constantiensis abbatibus, quia restituendus est, cellę cui preerat restituatur. Cellę autem ipsius fratres si iudicio vestro reniti et

1) Ueber einen Streit zwischen Alpirsbach und dem Kloster Einsiedeln vom Jahre 1113 berichten die Ann. Einsidlenses, MG. SS. III. ad annum 1143. 2) episcopus fehlt Hs. 3) venerabili fehlt Hs. 4) in fehlt Hs.